



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Fides.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

summo iure aliquid remittendum, ne foedissima
in tempestate velut in tranquillo viderentur sum-
mi Pontifices extrema sectati. Sed non satisfacit mihi, aiebat Canisius, humana isthæc pruden-
tia. Tempus est confitendi nunc ea, quæ ad Eccle-
siæ autoritatem vindicandam spectant: & si veri-
tas odium parit. Sed virtus circa difficilia versa-
tur. Nihil igitur nisi admoneri cupiebat à Præ-
positis suis quæ sibi insistenda via inter has amba-
ges esset, Patrum confidens affuturam precibus
opem cœlestem, ut intelligeret, vellet, ac posset
eius explere muneris partes, quod Christo Domi-
no, Ecclesiæque sanctæ id loci deberet. Agnouit
in Apostolico viro apostolicum pectus, quod
omnium solitudine Ecclesiarum tabesceret: in-
firmitatibus omnium ægresceret, omnium scan-
dalis vreretur. Quid ille non & lacrymarum, &
gemituum fudit, ubi post paulò vidit turbulen-
torum hominum postulationibus indulgeri? &
in dies maiorem patefieri fenestram ad Ecclesiæ
sanctæ autoritatem conuellendam, & sacrificiū
ipsum abolendum? Videbatur sibi videre stragē
sacrorum, & pessum ire omnia donec sublata
mente ad æternæ mentis consilia, se sequere pre-
hendens,

*Canisij con-
stantia.**Zelus.**Fides.*

c

hendens,

hendens, sed præpostere anxius sum, aiebat, fundati sumus supra Petram. Ita temporum calamitates faciebat sibi virtutum segetem: Zeli que sancti cultro confixus quotidie in odorem suavitatis Hostia viuens immolabatur. Nec dissimularem apud Ferdinandum ipsum adeò contendisse in his, quæ interesse pietatis existimabat, vt ex illodemùm gratia tanta contra sentientium studium non nihil detritum sit.

*Hæreticorum
sz cum C. So.
ciatate probra.*

Non cessabant interim inuidiæ eius constantiæ gnari Hæretici (neque enim erat obscura) inuis vsque probris, ac maledictis eneruare, si possent, nominatim eius, & Iesuitarum autoritatem ac deformare famam. Martinus Kemnitius inter primos ea ætate fallaciarum architectos, primus quoque ferebat in linguæ intemperantia, & impudentissimè affingendis viro Dei criminibus quæ maximè inuentori ipsi conueniebant. Quæ tamen & vulgò spargebantur, & magnis sepe hominibus persuadebantur. At ea perpetuo ritus suo in beneficij, lucrique numerum imitator Christi reponebat, Deoque grates agebat, qui cohortem hanc suam ab illaudatis huiusmodi vituperari sineret. Nimirùm Satanam ferre non

ambrosii

possi